



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Gallicani n. 37

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

doctrina comparari, esque multò imbecillior, quàm vt possis tantum certamen cum tam potentibus aduersarijs sustinere: vnum laceraris, mille contra te armaueris, qui te voluminibus obruent suis: neque immeritò in concione maledictis in illos abstineo. *Ita ille in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 308.*

*Eorum etio solueda. obsidionis conditio.*

34. AB ANGLICANIS, qui obsidionem Anglicanam acriter perurgentibus ad cetera hostilia; etiam illud addiderunt: Nullam esse aliam deditiois conditionem, nisi Iesuitis deditis. Idque iterum ac tertio praconis voce pronunciare iusserunt; vt vel hinc appareat, quàm inuisum sit Religionis hostibus Societatis nomen. *Ita in Annal. Soc. ann. 1596. fol. 492.*

*Ij aut necandi, aut calumnijs opprimendi.*

35. A CALVINISTIS, qui inter sua dogmata ad suam Setam propagandam, sequens enumerant: estque in Ordine 15. Iesuitæ, qui se maximè nobis opponunt, aut necandi, aut si id commode fieri non potest, mendacijs, & calumnijs opprimendi. *Hæc illi dogmate 15. apud Becan. Tom. 1. opuscul. Theologic.*

*Sedem Pontificiam fulciunt, ac sustentant.*

36. A LVThERANIS Doctoribus, qui in Schola sua picturam monstrabant Pontificis è sede sua ruentis, quem cum alij quidem, tum vero Iesuitæ tibicinibus seu sustentaculis nescio quibus fulcirent: quam cum illam ostendissent Catholico cuiquam, ille pro hac Diabolum Lutherò arridentem, & congratulantem monstrauit. *Sic apud Serarium in calce opuscul. de Lutherò Magistro ad lectorem.*

*Moribus sunt interrogari.*

37. A GALLICANIS Ministris Hereticorum à quibus cum questum fuisset de vita Iesuitarum, respondisse fertur, De moribus Iesuitarum nihil esse, quod obloqui quisquam posset. *Sic Tom. 3. opuscul. P. Becani quest. Batauic. num. 13. & in Apolog. Henrici IV. pro Societ.*

*Varia de illis encomia.*

38. A FEDERICO BALDVINO appellante Iesuitas subtilissimæ subtilitatis homines, Papicolas, Romanos asellos: Fulcra Cathedræ Pontificiæ, Lutheri, ac Lutheranorum Flagella vocalia. Cuius (ideest Societatis) Dux, & Coriphæus Ignatius Loyola prima Germaniæ labes, atque fax Sacra.

*Ita*